Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

terram. quia quatuor demones singulis regnis
prelati. ita tenebant omnem subiectum populum.
ut nullus flatum alicui regionis auderet contra eos
emittere. aut mutare contra illos. & uerbum ueri
tatis efflare aduersus idola ut diceret non sunt
dii qui hominum manibus efficiuntur. sed sunt si
mulachra. ad nichil utilia. In terra autem diuer
sitas punctarum. in mari uero. innumerositas de
signatur insularum. per arbores quoq; intelliguntur
homines singuli. quia ab uniuersitate redit ad spe
cialitatem. quia ipsi demones omnes homines in his
quatuor regnis degentes. pro suo tenebant astru
los seruicio. Et uidi alium angelum. ascenden
tem ab ortu solis. habentem signum dei uiui. & cla
mauit uoce magna. quatuor angelis. quib; datum
est nocere terre & mari dicens. Nolite nocere ter
re & mari. neq; arboribus. Alius angelus dnm
significat ihm. xpm. de quo scriptum est. Vocabitur
nomen eius magni consilii angelus. Ab ortu solis
ascendit. quia tertia die surrexit a mortuis. &
sua resurrectione totum mundum illuminauit
per euangelicam doctrinam. Vnde psalmista dicit.
Qui ascendit super occasum. dns nomen. e illi. Venit
ergo ab ortu solis. & precepit quatuor angelis ne
nocerent terre & mari. quia surgens a mortuis
prohibuit demones a lesione eorum. qui ad uitam
eternam sunt predestinati. Vnde & ipsa quatuor
regna sibi subdit. & ad noticiam. ac cultum unius
dei perduxit. Hinc est quod nabuchodonosor uidit.